

Forfatter: Brorson, Hans Adolph

Titel: Udrag fra FRIDERICO QVINTO

Citation: Brorson, Hans Adolph: "Svane-Sang ; Lissabon ; Mindre digte ; Prosaskrifter ; Tillæg : Paul Diderichsen: Filologisk redegørelse. Arthur Arnholtz: Brorsons vers- og sangkunst. - 1956", i Brorson, Hans Adolph: *Svane-Sang ; Lissabon ; Mindre digte ; Prosaskrifter ; Tillæg : Paul Diderichsen: Filologisk redegørelse. Arthur Arnholtz: Brorsons vers- og sangkunst. - 1956*, 1951-56, s. 353. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-brorson03grval-shoot-idm140139960729280/facsimile.pdf> (tilgået 05. maj 2024)

Anvendt udgave: Svane-Sang ; Lissabon ; Mindre digte ; Prosaskrifter ; Tillæg : Paul Diderichsen: Filologisk redegørelse. Arthur Arnholtz: Brorsons vers- og sangkunst. - 1956

illuminata, quo tempore juxta Sulpit. Sever. ibidem p. m. 143. certatim gloriosa in certamina ruebatur, multoque avidius tum martyria gloriosis mortibus quærebantur, quam nunc Episcopatus pravis ambitionibus appetuntur, Sulp. Sev. p. m. 143¹⁾.

- 30 Quomodo langvescentem paulatim hunc primum amorem æmulationis penitus exstinxit, quomodo ministerium reconciliationis prima rixarum semina sparsit, cujus antea non aliud, quam mutui amoris & benevolentiae certamen innotuit, quomodo, vallo veritatis & concordiae dejecto, hæreses & schismata, fluminis instar erumpere & omnia inundare coeperunt, quomodo, relicto vexillo, turbati animi tot viis dissipantur, quot vel caeca obedientia vel studium partium vel omni peste pejor ambitio traxerit, hæc materia satis nota & prolixior est & tristior, quam ut tempori sive præsentis brevissimo sive futuro sollemnissimo inservire possit.

Sola tamen ejus mentio non potest non admonere omnes fideles maximam perseverantiae necessitatem, quæ cessante, non modo nulli usui, sed majori semper damno & ignominiae fuit omne pietatis studium.

- Sal fatuus sunt Matth. V, 8: qui antea omnem morum putredinem arcebant jam omnibus plis nauseam movent, canibus & porcis similes, qui ad vomitum suum & volutabrum redeunt 2 Petr. II. Vexillum nostrum hanc doctrinam maxime urget, & acuit; Quid enim transfuga detestabilis in mundo coram civibus suis? multo autem magis, qui vexillum crucis fugiendo in castra hostis se conjiciunt, æternæ condemnationis mancipia. Non autem vexillum tantum exigit, sed etiam excitat & auget perseverantiam, in mediis flammis vincit agmen Dei, quamdiu vexillum intuentes illud strenue sequuntur. Audivimus sponsam dixisse: Amorem Christi esse vexillum Cant. II. Sensus autem est, hunc semper, ut vexillum, intuendo, per saxa sequor, per ignes & aquas, amantissimum. Omnia valeo per eum, qui me confortat.
- 31

¹⁾ Sulpitii Severi Historia sacra, Lugd. Batavorum, 1635, liber II, pag. 143-44: certatim . . . appetantur, ordret citat. Brorson ejede bogen. Det ser mærkeligt ud. at stedet, hvorfra citatet er hentet, angives 2 gange, og *ibidem* synes ikke at give nogen mening. Der er formentlig noget galt ved trykningen.